



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Comparantur in genere iudiciali. Capvt LXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

mosthenicū comparantur, quā Philippica, quibus à similitudine Demosthenis, nomen est inditum.

b Vterque bellum suadet ab indignitate persona, à qua nefus tantam, & tantipopuli violari maiestatem.

c Vterq; hostem ulciscendum, non formidandū, grauiter ostendit; sed alacrius Cicero.

d Vterq; in simili causa bellum suadet, & paribus rationibus at Cicero magis est incensus.

e Vterq; in exponendis ad bellum gerendum praesidiis valde prudens: sed Cicero magnificentior, & alacrior.

Comparantur in genere iudiciali.

CAPVT LXV.

IN forensibus causis magnum vterque tenuit imperium, magnum triumphantis eloquentiae reliquit monumentum. Est in ijs Demosthenes callidus, acer, vehemens. Cicero plus interdum habet redundantiae, & excursionis: in omnibus alioqui sublimis, & magnificus, atque vbi pugnandum est, plenus spiritus, & alacritatis.

In accusando vterque velox, pugnax, animosus, sed in causis grauioribus eminet Ciceronis ardor, quod facile comperiet, qui nonnulla ex Verinis cum oratione Demosthenis contra prauiationem Legatorum, pari ferme argumento, comparate voluerit.

Quale est illud de contumelia in duas puellas, cum vtriusque sollicitatur pudicitia, illius ab Aeschine, huius à libidinum Veris praegustatore, idque in conuiuiō.

DEMOSTHENES.

Contumelia in duas puellas à Demosthene & Cicerone pari ferme stylo descripta: Orat. de falsa legat. nu. 354.

Επειδὴ δὲ ἤκον εἰς τὸ πίνειν εἰσάγει τινα Ὀλυθίαν γυναικα, εὐπρεπὴ μὲν ελευθέραν δὲ καὶ σώφρονα ὡς τὸ τέλος ἐδήλωσε ταύτῃ, τὸ μὲν πρῶτον οὕτως πίνειν ἄσυχῆ καὶ βλάβειν ἠγάχαζον οὗτοι. ὡς δὲ προηέτο τὸ πρᾶγμα, καὶ διεβημαίνετο, κατακλινέσθαι καὶ τε, καὶ ἄδειμ ἐκέλευον ἀδημονέσης ἢ τῆς ἀνθρώπων, καὶ οὕτε θελήσσης οὐτ' ἐπιταμένης, ὑβριν τὸ πρᾶγμα ἔφρασαν οὕτως, καὶ ἑφρόνων. καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι τῶν θεοῖς ἔχθρῶν τε καὶ ἀλιτηρίων ὀλυθίων ἀρχμαλάτων οὖσαν βουφᾶν. καὶ κάλει πᾶσα καὶ ἰμάτη τις φερέτω ἤκειν αἰκίτης ἐ-

χων βύθηρα, καὶ πτερωκίτων οἶμα, καὶ μικρῶν ὄντων τ' παροξύνοντων, εἰπέσης τι καὶ ἄκρουσάσης ἐκείνης περιήσας τὸ χιτωνίσκον ἐοικέτης ξάψει κατὰ τὸ νάει πολλὰς. ἔω δ' αὐτῆς οὖσα ὑπὸ τῆ κακῆ, καὶ τῆ πράγματι ἢ γυνὴ ἀναπαύσασα προσπίπει πρὸς τὰ γένατα τῶν ἰαβουκλῆ, καὶ τὴν βλάπτει ἀναβέπει, καὶ εἰ μὴ ἐκεῖ ἀφείλετο ἀπώλει' ἀν παρονισμένη. Καὶ γὰρ ἡ παρονία τῆ καδάρματι τῆτι δεινῇ. Deinde exclamat: Καὶ τοιαῦτα σιωπῶν δ' ἀκαθάρατον οὕτωςι τοῖς μῆσει βλέπεν εἰς ὑμᾶς. Diserta quidem ista criminis expositio.

Vt autem ad procula ventum est, introducitur is mulierem quandam Olynthiam, formosam quidem illam, sed ingenuam, & modestam, ut exitus declarauit. Eam primum bibere paulatim cogebant. Vt autem res satis calere visa est, aspidere, atque etiam canere iusserunt aestuante muliere, ut quae neque vellet, neque sciret, contumeliam id factum, minime ferendam dicunt, ut captiua à Dijs inimicis, & nefarijs Olynthijs, delicias faceret. Age voca seruum, inquit, & lorum aliquis afferat. Praesto est seruus leuiticam gestans, ipsi vero bene potis, & iracundis iuuentibus, muliere ne quicquam lachrymanti direpta, & lacerata tunica crebras tergo plagas ingerit. Tum sui impos pra dolore, & timore mulier subsiliens ad Iatroclis pedes prouoluit, mensamq; subuerit. Quod nisi is eam eripuisse, interfecta esset in illa ebrietatis infania, ita temulentia istius impuri crudelis est. (sequitur deinde exclamatio) & cum talium sibi criminum conscius sit scelestus ille nos aspicere audebit.

CICERO.

Caractere similia sunt, quae narrantur, de Verr. num. 63. de filia Philodami.

Mature veniunt, discumbitur, fit sermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more bereatur, hospes hortatur, poscunt maioribus poculis, celebratur omnium sermone, laetitiaque conuiuium. Postquam satis res Rubrio calere visa est. Quæso, inquit, Philodame, cui ad nos filiam tuam non introuocari iubes, homo, & qui summa grauitate, & iam id ætatis, & patens esset, obstupuit hominis improbi dicto. Instare Rubrius: tum ille, ut aliquid responderet, negauit moris Græcorum, ut conuiuium uiciorum accumberent mulieres. Hic tum alius,

Hus, ex alia parte: Enimvero ferendum no est, vocetur mulie, &c. eua in narratione fufius prolequuti fumus. Vbi eua fequuntur de fupplio, etiam Philodami, vt magnitudine rei, fic etiam orationis amplitudine, apud Ciceronem admirabilia funt. Inuenitur certe, etiam in iftis ex pofitionibus Demofthene xpx-
 φινός. At iam in exagitatione criminum quantus est / quam fublimis: Confer nunc exclamationem Demofthenis xξ: Ἰτακούδ' οἱ δ' ἀκούδ' πρὸς ἄποσι, &c. cum iftis. Tāta e tua, Verres, libidines erāt, vt eas capere, ac fufumere non prouincia P. R. non nationes exterae poffent? Tunc quod videris, quod audieris, quod cōcupieris, quod cogitans, nifi id ad nutum, tum praeflo fuerit, nifi libidini tuae, cupiditatieque paruerit, immitentur homines, expugnabuntur domus? Ciuitates non modo pacatae, verum etiam fociorum, atque amicorum ad vim, atque ad arma confugient, vt ab fe, atque a liberis fuis legati P. R. scelus, atque libidinem propulfare poffint. Et tamen utriusque erat idem campus in legatum libidinosum, & in libidine crudelē, & in conuiuio cruentum.

Iam Miltiana oratio, quae extat de alapā fati fufe fcripta, & in qua, praeter morem, modumue calere videtur Demofthene; qualis deum cenfetur, licet inter iudiciales Demofthenis nobiliffima, si cum Verrinarum particulis comparetur. Intendit homini locuplei, & apud fuos in primis copiofo hrem, quod ab eo in Orchestra pugnis affectus fuiffet, & ideo vult, non vna morte, fed pluribus condemnari. Hominis quidem factum, mollitiem, petulantiam & caetera huiusmodi factis acriter exprimit, atque infectatur, vt his verbis πάντας γὰρ ὑμῶν εἰδεία νομίζω τῶν Ἰστωῶν τέρτε καὶ τὴν ἀσέλγεια, καὶ τὴν ὑπερηγῶν τὴν τῶ βίβ, καὶ τὴν ἀφορμὴν ἠπερ ἰσχορῶν, καὶ φοβερόν ποιεῖ τ' ἡγρ' ἀπίστον τέρτεν. τὸ γὰρ ἐπ' ἄεσταις, καὶ πῶτε, πονηρόν εἶναι, καὶ ὑβριστὴν τέρτος ἔστιν πρὸς τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν δεῖ ἐπιρρομῆς παθεῖν.

Hominem ita describit superbū, nefarium, impiū, omnium contemptorem, & diuitijs, quasi propugnaculis fecerunt fretum. Haec, aut certe ea, quae contra Androtrionem fcripta est oratio, si cum Verrinarum, inquam, particulis, in quibus ipse Verres, vt improbus, & contemptor, & diues describitur, conse-

rantur, sanè inuenientur μὴ πρὸς ἴσωνα. Quid de tor improbitatis descriptionibus accuratiffimis dicam quae sparsae sunt in Cluentiana 39. pro Sylla 70. 71. 76. pro Sextio 16. 17 in Varianum 1. 19. 20. quae si comparentur, ostendent, quantum tum in exaggerandis criminibus, Tullius sit potentior. Illud vnum, quam rotundè, quam celsè, quam ingeniosè collegit.

Non enim furem, sed exoptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae: non facerilegum, sed hostem factorum, religionumque sacraum: non fcarium, sed crudellissimum carnificem ciuium, fociorumque in vestrum iudicium adduximus, vt ego hunc vnum eiusmodi reum, post hominum memoriam, fuisse arbitret, cui damnaari expediret. Vbi collectio criminum Midia, cui ferme eadem maxime impietatis, sacrilegij, crudelitatis factiora obijciunt, habet hoc artificium: Quid si Neera flagitiosissima mulier, maxime verò, vbi Demofthene eam vehementius accusat, num. 1. 1. comparetur cum Ciceronis Sallia, cuius extat accusatio pro Cluentio, uterque versatur in pari argumeto, in infectanda scilicet famosa libidine, & flagitijs, quantum superet latinus orator, Graeci ipsi iudicent, qui Neeram continuo dicent, no à Demofthene, sed aliqua Demofthenis simia fuisse conscriptam.

Iam quarimonias, & conquestiones longe grauius, vt ad commiserationis affectus, non factus, sed natus tractat Cicero. Quanquam alapam sibi inflictam valde conqueritur, & lamentatur Demofthene contra Midiam. Καὶ τότε μὲν τοῖς Διονυσίοις τὴν παρασκευὴν, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἀναλώματα ὑβρίζει. νῦν δὲ τῶτοις οἷς ἐποίησεν ἐκείνα τε καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὴν πόλιν, τὸ γένος, τὴν θππιμίαν, τὰς ἐλπίδας, εἰ γὰρ ἐν ὧν ἐπέβλεπτε χαλάρωσεν ὁ πάντων ἂν ἀπεσερήμιον ἐγὼ, καὶ μὴ δὲ ταφήναι προσώπῳ χεν εἶχε μοι. Ac tunc quidem Bacchianalibus ornatum, & corpus, sumptusque meos lassisse: nunc vero his quae moliebatur, & struebat, tum illa, tum caetera omnia, tum vibem, tum familiam, tum ius honorum, tum fortunas, tum spes. Nam si vna eius insidia successum habuissent, omnibus his fuiffem spoliatus ego, nec domi sepeliri mihi licuisset. Ex omnes illi fluctus ad vnam alapam concitati? Quanto grauius Cicero pro Donio, pro Milone, pro Flacco,

Nu'la Demosth. accusatio est Verris concedenda.

Cic. Ver. 3.

Longe grauius Cicero Sallia, quam Neeram Demosth. injectatur.

Demost. in conquestionibus, & miseracionibus multis partibus à Cicerone obruitur Demosth. in Midiam.

pro

De falsa legatione nu. 39.

Demosth. in Midiam nu. 252.

pro Sextio, & suas, & amicorum iniurias conqueritur. Vel illud vnum in Catilinam, quàm dulci maiestate dictum: Mihi quidem, si hæc consulatus conditio data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatibusque perferrem; setam non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis, populoque Romano dignitas, salusque pariatur.

Qualis vterque in petitionibus, & honorum contentio-nibus.

In defensionibus, petitionibus, honorum contentio-nibus, & cæteris similibus, est vterque instans sibi, & vehemens, in illis tamen orationibus, quæ extrareatuns, sordes excutere paulo libentius permittunt, longè iucundior est M. Tullius, ut qui grauem, & amœnam datâ occasione liberalium artium spargit eruditionem, qua auditores mirificè exhilarat (& quod aiunt) marinam audicionem fluuiali abluit sermone, ἀλμυρούς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζει νόμασι. Comparetur Leprines Demosthenis, in quo pro honoribus, & immunitatibus filij Chabriæ Imperatoris disceptat, cum ea parte Philipp. V. quæ est de imperio, & honoribus iunioris Cæsaris. Quàm ardentè illic Cicero pugnat, quàm grauitè, quanto rationum, & sententiarum pondere: Comparetur illa σύγκρισις Demosthenis, & AEschinitæ, quæ scripta inuenitur in oratione pro Corona. 437. nobilissimum fermè omnium Demosthenis opus, cum comparationibus Murenæ, & Seruiij, Imperatoris, & Iurisconsulti: Consulatus Ciceronis, & Pisonis: Cæciliij denique & Ciceronis in diuinatione, inuenitur M. Tullius, si non ita austerus, ac Demosthenes, neruosus tamen, subtilis, acer, etiam cum est laxus, & copiosus, ingenij verò gratia, festiuitate, facilitate inimitabilis.

Comparentur in partibus orationis.

Quod ad orationis partes attinet, exordia vtrique maxime in maioribus causis grauiora sunt, & magnifica, nescio tamen, quo pacto Ciceronis iniicia, ex morum, opinor, amabilitate liquidius influunt in animos, mentesque, & pectora firmius sibi deuinciunt. Contra Demosthenis perlatæ sunt austeræ, rigida, quarula, obiurgatoria, quibus auctorem potius animorum, quam propensionem ingenerat suis auditoribus potuit.

Narrationes habet vterque valdè puras, subtiles, pellucidas, quod ex ea Demosthenis, quæ à me superius citata est, icet agnoscere. At verò Cicero præter limatam perspicuitatem, elegantiam, dexteritatem, etiam aliquos im-

primit aculeos, quibus sine vlllo epiphonemate, aut exaggeratione possit motus elicere. Est enim admirabilis imaginum artifex, in quibus magnam eloquentiæ partem sitam, atque collocatam arbitror. Atque ut erat ipse φησὶ ἀσπίδους & διαγύρως φέρους ita res concipit ut sunt, ita exprimit, ut concepit, ita incendit, ut ipsemet est incensus, & flagrans, maxime verò vbi res crudeles, & funestas exaggerat, intimos sensus tam vehementer percellit, ut ipsi, qui legunt, aut audiunt, non audire, & legere, sed planè interesse causæ videantur. Tanta sunt ista Philipp. I. de morte Trebonij, quem diu excruciatum Dolabella necauerat. Ponite igitur ante oculos, P. C. miseram quidem illam, & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam, nocturnum impetum in urbem Asiæ clauissimam, irruptionem armorum in Trebonij domum, cum ille miser prius latronum gladios videret, illum quæ res esset, audisset furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque os illud infame, vincula, verbera, eculum, carnificem, tortoremque famarium, quæ tulisse illum fortiter, & patienter ferunt.

Quæ verò de supplicio P. Gaiij Cossiani in crucem, acti leguntur vltima Verina, quàm potentis, quàm admirabilis sunt eloquentiæ. Cædebat virgibus medio foro Messanæ Ciuis Romanus, Iudices, cum interea nullus gemitus, nulla vox istius miseri inter dolorem, crepitumque plagarum audiebatur, nisi hæc Ciuis Romanus iur. Deinde crux, crux inquam, infelici, & arumoso comparabatur. O nomen dulce libertatis, o ius eximium nostræ ciuitatis, o lex Porcia legesque Sempronie, o grauitè desiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ tribunicia potestas! Huc tandem omnia reciderunt, & c. quorum nec vmbriam quidem, aut vestigium habet Demosthenes, ita viri ingenium erat à miserationibus alienum.

In confirmationibus nimis aliquando excurrit (hoc enim fatendum est) & in verisimilibus ludit argumentis M. Tullius. Demosthenes vtriusque plusimum magis callidus, & prescius, & acer plus habet est. At verò vbi Ciceroni libet circuitus omnines succidere, densiusque pugnare, ut in Philippicis, cum de bello, & pace, de honoribus Cæsaris agitur, nihil illo vehementius, nec in hac parte Demosthenis virtuti cedit.

Iam peroratio, quæ corona est eloquentiæ, maxime verò ratione illius partis, quæ vim, amplificationemque continet, Ciceronis tota est.

Cicero in suis narrationibus mirabilis est imaginum artifex.

Cicero in confirmationibus vtriusque plus habet est. At verò vbi Ciceroni libet circuitus omnines succidere, densiusque pugnare, ut in Philippicis, cum de bello, & pace, de honoribus Cæsaris agitur, nihil illo vehementius, nec in hac parte Demosthenis virtuti cedit.

est, hanc illi omnes communi consensu oratores tribuerunt, & nemo tantum illi honorem, qui modo iudex æquus fuerit, denegabit.

Comparantur in inuentione, dispositione, elocutione.

CAPVT LXVI.

IN inuentionibus quidem, & dispositionibus duo summi oratores, vel Quintiliano teste maximè congruunt: quanquam Demosthenis inuentione forensium rerum limitibus, in quibus ipse acutus erat, & sagax, septa continetur, quos ille vix auder excidere, ne in alijs hospes, & imperitus videatur. Ciceronis verò fœcundum, & multiplex ingenium, omnia disciplinarum genera peruagatum, longè vberiores inuentionis fontes in multis expromit. Dispositio porro, quanquam utriusque prudens, latina tamen ingenium styli florè, & lumè extinguit: quis nõ videt enim ista esse nõ nihil detorta, violenta, quæque Thucididem oleant. Πολλῶν ἄνδρες ἠδυνᾶσιν λόγων γεγενημένων, οὐκ ἔστι δὲν κατὰ ἑκάστου ἐκκλησίαν, περὶ ὧν Φίλιππος ἄφ' οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιήσατο, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους. Ἐλληνες ἀδικεῖ καὶ πάντων εὐοίσει, ὅτι φησάντων γ' ἂν εἰ καὶ μὴ ποῖσιν τὸτο, καὶ λέγειν (ὁ δὲ) ἀπράτην ἄπεισι ποροσῆκεν ὅπως ἐκεῖ. Παύσειται ἢ ὕβριος καὶ δίκην δώσει, &c.

Hæc si ex meo sensu reprehenderem, temerarius essem: sed loquor ex mente Dionysij Halicarnassici, qui Demosthenis laudator est, & admirator perpetuus, hanc tamen elocutionem, affectatam, otiosam, præposteram agnoscit, & ipse Demosthenis stylium reformans, ita inuenit: πολλῶν ἄνδρες ἠδυνᾶσιν λόγων γεγενημένων κατὰ ἑκάστου σχεδὸν ἐκκλησίαν περὶ ὧν ἀδικεῖ Φίλιππος εἰς ἡμᾶς τε, καὶ τοὺς ἄλλους Ἐλληνες ἄφ' οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιήσατο. Addo quod verbis plerumque obscuris, & lon-

giusculè translatis oblectetur in oratione contra Medontem, quæ citatur ab Harpocratio- ne, dixit δεκάτησιν ἀπαρτίων decimare virgine- nem, quod est consecrare, & initiare, ducta inde metaphora, quod decimas dijs offerrent. Opus fuit Didymi commendario ad hoc verbū intel- ligendum, qui de eius significatione librum conscripsit. In oratione de falsa legatione habet διακωιδανίζεν proprie est campana personare. Dixit autem pro eo, quod est explorare, quia pugnaces, coturnices, campanæ sono explorare solebat antiquitas, vt notauit Aristarchus, in vsum poetica dimanauit, & ciuitate Græca donarum est, audax tamen est, & à communi consuetudine detortum. Similiter pro exitio βαράθρον, quo specus proprie significabatur, & terræ hiatus, in quem fontes apud tribum Hippothoonidem deuoluebantur, Volaginem magis probat Cicero, quàm Charybdim, aut barathrum patri- monij, & similia, vix inuenias vllum ex decem primis oratoribus, qui ita locutus sit. In oratione contra Aristocratem το ἀδελφῶν pro hominis captura, καὶ ἄλλ' pro recenter capto contra Aristogionem, quod poetis, & histo- ricis condonandum quidem est, apud ora- tores non satis vsurpatum. Quale est illud n prima contra Coronam, quæ citatur ab Harpocratio- ne. ἴρισσ' ὄχι δὲ βραπέτι γήϊα βαίνων ἐξάδισε. Item pro Cresiphonte νεβέλλεν & γῆς Ἀττικῆς Ἀττικῆς γῆς, quæ verba in obscuris mysterijs vsurpata satis audacter, apud superstiosum populum trahit in iocum, & ἐντροπία & νεύλα, quæ Didymo, atque Aristarcho fecerunt negotium, & cetera similia infinita, de quibus dicebant Gramma- tici.

Præterea in accentibus dictionum voluit, non nihil innouare, cum ἀγαπήσθω. pro ἀγαπήσθων omnibus reclamantibus pronuntiaret, ex quo merito ab Atticis auribus, quæ istam no- uitate probare non poterant, redargui me- ruit.

At Cicero nobilis locutor, vt appellatur à Diuo Augustino, tantam, & tam germanam habuit latinæ puritatem, vt cæterorum omnium norma extiterit, & posteris perpetuum incorruptæ linguæ reliquerit monumen- tum, nisi quis fortasse voces aliquas, quas de in- dustria eruditus ad Atticum epistolis, aut eri- am versibus immiscuit, ad censuram vocet oratoriam, quæ ab eo vt oratore, minimè dicta sunt,

orationis aduersus Lepetmè ue minus ac curatiu- ca- stiganit Demosth. audax. di- cto. δικατωιδανιζαι ποροβιον, quod sic a- pud De- mosth. διακωιδανιζεν. ἀνδρῶν κλη- ρονταλῶν, βαι- νων γήϊων.

Novator accentuum Demosth.

Elocutio Demosth. plerumque austera & Thucidida.

Dionys. Halicarn. in lib. de gradū lo- quentia. Demosthe- nis. A spafius quos, Rhe- tore exordia